In vigilia pasche luminibus incensis cantet presbiter. Inventor. xpo primum istud renegat in choro.

Inventor rutili dux bone luminis qui certis vicibus tempora dividis merso
sole chaos ingruit horridum lumen redde tuis christe fidelibus. Tu lux ve
ra oculis lux quoque sensibus intus tu speculum tu speculum fons lumen quod famu
lans offero suscipe tinctum pacifici crismatis unguine. Inventor. Per christum
genitum summe pater tuum in quo visibilis stat tibi gloria qui tecum dominus qui tu
us unicus spirat de patrio corde paraclitus. Inventor. Per quem splendor honor
laus sapientia maiestas bonitas et pietas tua regnum continuo numine tripli
ci texens perpetuis secula seculis. Inventor. Diaconus benedicat cereum dicens.

Exultet iam angelica turba celorum exultent divina misteria et pro tan
ti regis victoria tuba intonet salutaris. Gaudeat se tellus tantis irradi
atam fulgoribus et eterni regis splendore illustratam totius orbis sentiat ami
sisse caliginem. Letetur et mater ecclesia tanti luminis adornata fulgoribus
et magnis populorum vocibus hec aula resultet. Quapropter astantibus vobis fratres
karissimi ad tam miram sancti huius luminis claritatem una mecum queso dei om

potentis misericordiam invocare. Et qui non meis meritis intra levitarum nu

merum dignatus est aggregare luminis sui gratia infundente cerei huius

laudem implere perficiat. Jhesus xpistus dominus noster qui vivit et regnat cum deo patre

in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Domi

nus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum.

Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere quia dignum et iustum est invisibilem deum patrem omnipo

tentem. filiumque eius unigenitum dominum nostrum ihesum xpistum cum sancto spiritu. to

to cordis ac mentis affectu et vocis ministerio personare. Qui pro nobis e

terno patri ade debitum solvit et veteris piaculi cautionem pio cruore deter

ſit. Hec ſunt enim feſta paſchalia in quibȝ verus ille agnus occidit' eius
qȝ ſanguine poſtes fideliū conſecrantur. Hec nox eſt in qua primū patres
noſtros filios iſrael eductos de egypto rubrū mare ſicco veſtigio tranſire fe
ciſti. Hec igit' nox ē que peccatoꝝ tenebras columpne illuminatione purga
vit. Hec nox ē que hodie ꝑ vniuerſum mundū in xpm credentes a vitijs
ſecli ſegregatos ⁊ caligine peccatoꝝ reddit gratie ſociat qȝ ſanctitati. Hec
nox ē in qua deſtructis vinculis mortis xpc ab inferis victor aſcendit.
Nichil enim nobis naſci ꝓfuit niſi redimi ꝓfuiſſz. O mira circa nos
tue pietatis dignatio. O ineſtimabilis dilectio caritatis vt ſeruū re
dimeres filium tradidiſti. O certe neceſſariū ade peccatū qd xpi morte

4o

1556


celestis. O felix culpa que tantum ac talem meruit habere redemptorem.
O beata nox que sola meruit scire tempus et horam in qua xpistus ab inferis
resurrexit. Hec nox est de qua scriptum est et nox sicut dies illuminabitur
et nox illuminatio mea in deliciis meis. Huius igitur sanctificatio noctis fugat
scelera culpas lavat et reddit innocentiam lapsis et mestis leticiam. Fugat
odia concordiam parat et curvat imperia. In huius igitur [illegible]
hic [illegible]
domine sancte [illegible] grana incensi huius sacrificium vespertinum quod tibi in hac
sacri oblacione sollempni per ministrorum manus de operibus apum sacro sancta
reddit ecclesia. Sed iam columpne huius preconia novimus quam in honorem
hic accendit
dei rutilans ignis accendit. cereum. Qui licet divisus in partes mutuo

1556

[illegible]